1212.

5.

Et anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo. die martis tercio intrante aprili. indictione quintadecima. finem et refutationem ex causa transactionis et permutationis et datum et cessionem fecit Loterius de
sancto Abondio. In manu domini Guillelmi de Casella abbatis monasterii sancti Abondii ad partem et utilitatem ipsius monasterii. Nominative de tota illa pecia terre quam ipse Loterius tenebat ab ipso monasterio per feudum
aput molendinum de Braida ultra roziam. super quam terram feudi erant constructa cantonum unum muri ipsius molendini et canales. et plus etiam dicebat esse impedita ipsa terra. Unde quia impedita erat.
dicebat ipse Loterius iamdudum multum dampnum passum fuisse quod dampnum ponebat in libris sex denariorum novorum et plus. Insuper remisit et omne ius quod habebat ut habere poterat in ipsa et pro ipsa terra et suis pertinentiis
et in ipso dampno et pro ipso dampno passo. Ita ut amodo in manu iamdictus dominus abbas et sui successores et cui dederit habeat et teneat illam terram et iura actiones et rationes quas habebat ipse Loterius in
dicta pecia terre. et faciat exinde iure proprietario nomine quicquid voluerit sine contradictione isti Loterii et suorum heredum. Et pro hac quidem fine et refutatione et dato et cessione. Predictus dominus abbas consentientibus et confir
mantibus ei. donno Martino donno Prono. donno Lafranco donno Gitardo. donno Loterio Guardinsacco. monachis ipsius monasterii. dedit et tradidit ex parte ipsius monasterii ipsi Loterio in causa permuta
tionis. peciam unam vinee iuris ipsius monasterii que iacet ibi prope similiter in Braida. et dicitur vinea de Coeta. que est ad mittam de Salbareza. cui coheret a mane rozia ipsius molendini a meridie pratum de Salbareza.
a sero via a nullora parte. De qua vinea ipse dominus abbas investitum cum iure feudi ad habendum et tenendum ipsam vineam per feudum ab ipso monasterio. loco et vice istius alterius pecie terre de molino et in par
te satisfactione istius dampni usque adhuc die. Et ita faciat exinde ipse Loterius et sui heredes de ipsa vinea que dicitur Coeta. iure feudi quemadmodum faciebat ut facere poterat de ipsa terra de molino
sine ulla contradictione isti domini abbatis et suorum successorum. quam permutationem et cambium dicebant ipsi omnes dominus abbas et monachi nichil esse in hoc facto. ad lesionem divine domus. si potius dicebant
esse perfectum et melioramentum ipsius monasterii et non peioramentum. Unde etiam promiserunt obligando omnia eorum bona pignori vicissim una pars alteri pro se et suis successoribus et heredibus defendere et gua
rentare [illegible] res omnes inter se datas et permutatas per [illegible] iure et ratione et pro eorum dato et facto cum eorum pignore et dispendio usque in pena dupli. Et debet ipse dominus abbas habere viam ad amplandi
roziam ipsius molendini si opus fuerit usus terram et super terram dictam isti Loterii ut ibi sine fraude usque ad ipsum molendinum. Que sic inter eos gesta sunt. actum in monasterio sancti Abondii.
Per dictam vero omnes contioneres scilicet dominus abbas et monachi ex una parte et iamdictus Loterius ex alia hanc cartam et aliam eiusdem tenoris fieri rogaverunt ut supra.
Interfuerunt Guillelmus [illegible] et Gamba ambo morantes ad sanctum Abondium et Marcus et [illegible] ambo de sancto Abondio rogati testes.

Ego Stephanus Mazat iudex qui dicor de Macio hanc cartam tradidi et scripsi.

Morbio 17 (5)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815877154-19/fragment/page=0002

1212

Car. laurenti & sci abardio c fine cmutacioe qua fecit cu dno guillo abbate monasterii sci abendii.